surgentibus per corporas deorsū. atque a quibusdā alba
tis et speciosissimis viris cepit per brachia sursum
trahi. Cūque hoc luctamē esset. ut hūc boni spi
ritus sursum mali deorsū traherēt: ipse qui hec
videbat ad corp⁹ reuersus est et quod de eo ple
nius gestū sit. nūme cognouit. Qua in re de
eiusdē stephani vita datur intelligi: quia in eo
mala carnis cū elemosinarū opacōe certabāt
Qui enī per corporas deorsū. per brachia trahēbat
sursum. patet nimis quia et elemosinas amauēat
et carnis vicij⁹ perfecte nō restiterat. quā eū deorsū
trahēbāt. Sed in illo occulti arbitri exāine
quod in eo vixerit. et nos et eū quā vidit et reuoca
tus est latet. Cōstat tñ quia isdē stephan⁹ post
quā sicut supius narraui et inferni loca vidit et
ad corp⁹ redijt perfecte vitā nūme correxit qui
post multos annos de corpe adhuc ad certa
mē vite et mortis exijt. Qua de re colligitur. quia
ipsa quoque inferni supplitia cū demonstrātur
alijs hoc ad adiutoriū alijs vero ad testimo
niū fiat. ut isti videant mala que caueant. illi
vero eo amplius puniantur. quo inferni sup
plitia nec visa et cognita vitare voluerunt.
V De **Q**uid est hoc
queso te: quia in amemis locis cuiusdā domus

lataulis aureis edificari videbatur ridiculosū
est valde si credim? q̄ ī illa vita adhuc metal
lis talibz egeam? **¶ Gre.** / **capitulū. xviii.**

Quis hoc si sanū sapit itelligat. Sz ex eo
qd̄ illic oñsum est. q̄squis ille est cui mā
sio ista d̄struit. apte datur itelligi qd̄ est qd̄
hic opatur. **Nā** qm̄ p̄miū lucis etne elemosi
narū largitate p̄merebitur. nimirz cōstat qz
auro edificat mātionem suā. **Qd̄** enī supius
memoriā fugit vt dicere. isdem miles q̄ hec
viderat narrabat. q̄ eosdē lacerculos aureos
ad edificacōez dom? senes ac iuuenes puelle
et puei ferebāt. **Qua** ex re colligit qz h̄j q̄bz
hic pietas facta ē. ip̄si illic opatores esse vi
debant. **¶ Sic** etiā q̄dam iuxta nos deus dedit
noie religiosus h̄itabat. q̄ caltiāmēta solebat
opari: de q̄ alē p̄ reuelacōem vidit. q̄ eius do
mus edificabat: sed ī ea cōstructores sui so
lo die sabbati videbātur opari. **Qui** eiusdē
viri postmodū subtilit̄ vitam req̄rens. inue
nit qz ex h̄ijs q̄ diebz singulis laboābat. q̄c
quid ex victu atqz restitu supesse potuiss̄ die
sabbato ad beati petri ecclesiā deferre cōsue
uerat. atqz indigētibus erogari. **Qua** ex re p
pende qz non īmerito dom? ip̄si? fabrica sab
bato crescebat. **¶ De.** **Hac** de re mihi ido
nee video satisfactū. sed q̄so te qd̄ esse dicim?

q̄ q̄rūdā hītaula. fetoris nebula tāgerētur.
q̄rūdā vero tāgi nō poterāt: vel q̄dē. q̄ pontē
q̄d est. q̄ fluiūū vidit. ¶ **Gre.** Ex rey petre
ymaginibz p̄sam? merita causaz. Per pontē
q̄ppe ad amena loca trāsiē iustos asperit. qz
āgusta valde est semita q̄ ducit ad vitā. ⁊ fetē
tem fluiūū decurrētē vidit. qz ad yma q̄tūdie
defluit carnaliū hic putredo vitiorū. Et q̄rū.
dā hītaula fetois nebula tāgebat. quozūdā
vero ab ea tangi nō poterāt. qz sūt pleriqz q̄
multa iā bona opeā fatiūt. h̄ tñ adhuc carna
libz vicijz in cogitacōis delectacōe tangūtur.
Et iustū valde est: ut illic fetoris nebula ob
fideat: q̄s hic adhuc carnis fetor delectat. Vñ
⁊ eandē delectacōez carnis esse bt̄is iob ī fetore
⁊ spitiēs. de luxurioso ac de lubrico sentētiā
p̄tulit dicēs. Dulcēdo illi? vermīs. Qui autē
p̄fecte cor ab omī delectacōne carnis excutiūt.
cōstat nimiz qz eoz hītaula fetoris nebula
nō tangūtur. Et notandū q̄ isdē fetor esse ⁊
nebula visa sit. qz nimiz carnal delectacō mē
tem quā inficiat obscurat. vt veri lumīs clarita
tē nō videat h̄ vñ delectatur inferi? inde cali
ginē ad supna patitur. ¶ **De.** Putamusne
hoc auctoritate sacri eloquij posse mōstrari
vt culpe carnalium fetoris pena puniantur.
¶ **Gre.** Potest. Nam libro genesis

attestāte didicim⁹. qz sup sodomitas dñs ig
nē ⁊ sulfurē pluit ut eos ⁊ ignis incēdēt. ⁊ fe-
tor sulfuris necar⁹. Quia ei amoē illicito cor-
ruptib⁹ carnis arserāt simul incēdio ⁊ fetore
perierūt. q̄ten⁹ et pena cognoscerēt. qz etne
morti fetoris sui se delectacōe trēdidissent. ¶ De.
De hys in q̄bus dubi⁹ fui. n̄l in fateor q̄stio
nis remāsit. ¶ Gre. ¶ capitulū. xix.

Sciendū q̄z est. quia nōnunq̄ aīe adhuc
in suis corpibus posite. penale aliq̄d
de spūalib⁹ vident. qd̄ tñ q̄busdā ad edifica-
cōm suā. q̄busdā vero cōtingē ad edificacōm
audienciū solet. Nam hys de q̄ in omelijs co-
rā p̄lo iam narrasse me memini inq̄et⁹ valde
theodor⁹ noīe puer fuit: q̄ in meū mōsteriū
frēm suū necessitate magis q̄ volūtate secut⁹
est. Cui nimiū ḡuis erat. si q̄s p̄ sua aliq̄d sa-
lute loq̄retur. Bona aut̄ nō solū facere. s̄ etiā
audire nō poterat: nunq̄ se ad s̄e uersacō-
nis habitū uīre iurādo. irascēdo. deridendo tes-
tabat⁹. In hac aut̄ pestilētia que nup̄ hui⁹ vr-
bis populū m̄gna ex pte cōsumpsit. passus
in igne est p̄ductus ad mortē. Cūqz extrez-
mū spūm ageret. uenerūt frēs ut egressum
illius orādo p̄tegerent. Nam corpus eius ab
extrema parte fueāt p̄mortuū: in solo tantū
modo pectore vitalis adhuc calor āhelabatt

Cūcti aut̄ frēs tūto p̄ eo c̄perūt enixius ora
re. q̄nto eū iam videbāt sub c̄leitate discedē
Cū repēte c̄pit eis dē fratribz assistētibz cla
mare. atz cū magnis vocibz oracōes eoz int̄
rūpē dicēs. **R**ecedite. **E**cce draconi ad deuorā
dū datus sum. q̄ pp̄t vestrā p̄ntiam deuorā
me non p̄t. **C**aput meū in suo ore iā absor
buit: date locū vt nō me ampli? cruciet. h̄ fa
ciat qd̄ factur? est. si ei ad deuorādum datus
sū: q̄re pp̄ter vos moras patior? **T**unc frēs
c̄perūt ei dicē **Q**uid est qd̄ loq̄ris frat? **S**ig
nū tibi sc̄e crucis imp̄me. **R**espōdebat ille cū
magnis clamoribz dicens. **V**olo me figurare
h̄ nō possum: qz squamis hui? draconis p̄mor
Cūqz hoc frēs audirēt p̄strati in terrā cū la
ctimis c̄perūt p̄ erepōe illius vehemētius
orare. **E**t ecce subito c̄pit eger cum magnis
vōibz clamaē dicēs. **G**ras deo. **E**cce draco q̄
me ad deuorandū accepeāt fugit: oracōibz
v̄ris expulsus est: stare non potuit. **P**ro pec
catis meis modo intercedite. qz duertū para
tus sū. ⁊ secularē vitā fūdītus reliquē **H**omo
ergo q̄ sic iā ductū est ab extrema corpis fue
rat p̄te p̄mortu? .rehuat? ad vitā toto ad deū
corde duersus est. ⁊ postq̄ mutat? mēte. diu ē
flagellis attritus. tūc ei? aīa carne soluta est.
At cōn̄ chrisatorū? sicut p̄bus propinqu?

illius cui? iam supius memoriã feci nãrare cõ
suevit. vir in hoc mundo valde idone? fuit. h
tãtũ plen? vicijs quantũ rebo supbia tumid?
carnis sue voluptatib? subdit? i acq̄rẽdis re-
bus auaritiẽ faciẽ accẽsus. **S**z cũ tot malis
dñs finẽ ponẽ decreuiss?. corpali hũc molestia
passit. **Q**ui ad extremũ veniẽs. eadẽ hora q̄
iã de corpe eãt exitur?. aptis oculis vidit te-
tros a nigerimos spūs corã se assistẽ vehẽm-
ter imminẽ. ut ad inferni claustra se raperẽt.
Cepit tremẽ pallascere sudare a magnis vo-
cibus indutias petere. filiũq; suũ noĩe maxi-
mũ quẽ ipse iã mõchus mõchũ vidi. nimijs
a turbidis clamorib? vocare dicẽs. **M**axime
terre nunq̄ tibi mali aliq̄d feci. in fide tua me
suscipe. **T**urbat? mox maxim? affuit. lugẽs
a p̄strepẽs familia ouenit. **E**os aut̄ q̄s ille in
fistẽtes sibi grauiẽ tolerabat. ipsi malignos
spūs vidẽ nõ poterãt. h eoz p̄sentia in cõfusi-
one. in pallore. ac tremore illius q̄ trahebat?
videbãt. **P**auore aut̄ tetroz ymaginib? huc
illucq; vertebat? in lectulo. iacebat i sinistro
latere aspectũ eoz ferre nõ poterat. vertebat?
ad parietẽ ibi aderãt. **C**ũq; cõstrictus nimis
relaxari se iam posse desperar?. cepit magnis
vob? clamare indutias vel vsq; mane: indu-
tias vel vsq; mane. **S**ed cum hec clamret. in

ipfis uerbis de hitaculo sue carnis euulsus
est. De quo nimis constat qz p nob ista nō p
se uiderit. ut eius visio nob pficiat. quos ad
huc dīna patiētia longanimē expectat. Nā
illi tetros spūs aī mortē uidisse et inducias
petisse qd pfuit. qui easdē inducias quas pe
cijt non accepit. ¶ Est etiā nunc apud nos
athanasius isaurie p̄sbyter. q̄ dieb̄ suis iō
nij rem terribilē narrat euemisse. Ibi nāqz ut
ait. qd̄dam mōsteriū tō galaton dicitur. in q̄
qd̄dam mōchus magne estimacōis habebat.
Bonis q̄ppe cernebat moribz atz in ōni sua
actione cōpositus. S; sicut ex fine res patuit
longe aliter q̄ apparebat fuit. Nā cū se ieiū
nare cū fratribz demōstraret occulte māduca
re cōsueuerat: qd̄ eius vitū frēs ōmino nescie
bant. Sed corporis supueniēte molestia ad
uite extrema pductus est. Qui cū iam esset in
fine: frēs ad se oēs q̄ in mōsterio inerat̄ cōgre
gari fecit. At illi tali ut putabāt viro moriē
te: magnū qd̄ ac delectabile se ab eo audire
crediderūt. Quibz ip̄e afflictus a tremēs cō
pulsus est p̄dere. cui hosti traditus exire cōge
batur. Nā dixit. Quādo me uobiscū ieiunare
credebatis occulte comedebā: a nunc ecce ad
deuorandū draconi sum traditus q̄ cauda sua
mea genua pedesqz colligauit. caput uero suū

ita meū os
hic. Quibz d
p̄mittit
hinc expectat
de illa uolunt
ait tōdō? hinc
Dum melius f
cōtendit
hinc. Am
p̄p̄ta quoc
aī et in die
quodlibet exp
carptabile
q̄ ait. Qd̄
ut op̄paret
sp̄itū. et
ad h̄q̄ ait. Q
quos nimis
q̄q̄ egredi
h̄ de q̄p̄ul
purgator
tas dicit
ent neqz
turo. In
dam alij
turo p̄p̄it
quē m̄t

intra meū os mittēs spūm meū ebibēs abstī-
hit. Quibz dictis statim defunct⁹ est. atq; vt
penitendo liberari potuisset. a dracone quē vi-
derat expectatus nō est. Qd̄ nimirū d̄stat. qz
ad solā vtilitatē audientiū viderit. q̄ eū hostē
cui tradit⁹ fueat ⁊ inotuit ⁊ nō euasit. ¶ Pe-
Doceri velim si post mortē purgatori⁹ ignis
esse credendus est. ¶ Gre. In euange-
lio dicit. Ambulate dum lucē habetis. Per
pphetā quoq; ait. Tempe accepto eraudi
ui te. ⁊ in die salutis adiuui te. Qd̄ paulus
apostol⁹ exponens dicit. Ecce nūc tempus
acceptabile: ecce nūc dies salutis. Salomon
q; ait. Qd̄cūq; potest man⁹ tua facere instā-
ter opare: qz nec op⁹ nec racō. nec sciētia. nec
sapiētia. erit apd̄ inferos: q̄ tu pperas. Da-
uid q; ait. Qm̄ in seculū misericordia eius. Ex
q̄bus nimirū sententijs d̄stat: qz qualis hinc
q̄sq; egreditur talis in iudicō p̄sentatur. Sed
tū de q̄busdam leuibus culpis esse āte iudiciū
purgatori⁹ ignis credend⁹ est. p̄ eo q̄ veri-
tas dicit quia siq; in scō spū blasphemā dix-
erit neq; ī hoc seculo remittetur ei neq; in fu-
turo. In qua sentenciā datur intelligi quas-
dam culpas in hoc seculo: quasdā vero in fu-
turo posse elaxari. Qd̄ enī de vno negat⁹ d̄se-
quēs intellect⁹ patet qz de q̄busdā d̄ceditur.

¶ Sed tñ vt p̄dixi hoc de paruis m̄imisq; pec-
catis fieri posse credendū est. sicut est asiduo
oc̄sus sermo. imoderat⁹ vsus. vel peccatū au-
re rei familiaris: q̄ vix sine culpa vel ab ip̄his
agitur. q̄ culpā qualit̄ declinari debeat sciūt. a
nō in grauib⁹ reb⁹ error ignorācie. Que autē
ta etiā post mortē ḡuant. si adhuc in hac vi-
ta positis m̄ime fuerint relaxata. Nam et cū
paul⁹ dicat xp̄m esse fūdamentū atq; subiūgat
si q̄s sup̄edificauerit sup̄ hoc fūdamentū. auz
argentū. lapides p̄tiosos. ligna. fenū stipulā
vniuscuiusq; opus quale sit ignis p̄bavit si
cui⁹ opus manserit qđ sup̄edificauit mercedē
accipiet si cui⁹ opus arserit detrimentū pacie-
tur. ip̄e autē saluus erit. sic tñ quasi p̄ ignem:
ḡuis hoc de igne tribulacōis nob̄ in hac vi-
ta debito possit intelligi tñ si q̄s hec de igne
future purgacōis accipiat. pensandū solcite
est. qz illū dixit per ignē posse saluari. non q̄
sup̄ hoc fundamentū ferrū. es. vel plumbū.
edificat. id est peccata maiora ⁊ idcirco duris-
sima atq; tūc iam insolubilia. s̄ ligna. fenū. sti-
pulā id est peccata minuta atq; leuissima. que
ignis facile cōsumat. Hoc tamen sciendū est.
quia illic saltem de m̄imis nihil quisq; pur-
gacionis obtinebit. nisi bonis hoc actibus
in hac adhuc vita positus vt illic obtineat.

peccata
atq; in laic
abus atq; G
ius apote
rectissimi
mire sane
me opete
tor lū
centre pe
facta ef
git: Et
in lūa tr
p̄stitit.
co p̄cou
hic ite
sodis p̄
ferece
q; salu
germa
memo
tauer
buille
dicitu
tem i
ter et
nit. C
hoc p̄

pmereatur: **N**ā cū adhuc essem iuuenulus
atq; in laico habitu cōstitutus. nārari a maio
ribus atq; scītib; audiui: q; pascasius hu
ius apostolicę sedis diacon? cui? apud nos
rectissimi et luculenti de sanctospū libri exstāt
mire sanctitatis vir fuerit. elemosinar; maxi
me operibus vacans. cultor pauper; et dōp
tor sui. Sed hic in ea cōtencōne que in ardes
cente zelo fidelium inē symachū atq; laurentiū
facta est. ad pontificatus ordinē laurentiū ele
git: Et omnium post vnamitate superatus.
in sua tñ sententia vsq; iuxta diem sui exitus
psistit. illum amādo atq; pferendo quem epis
coporum iudicio p̄esse sibi ecclesia refutauit.
Hic itaq; cū temporibus symachi apostolicę
sedis presulis: esset defūctus. eius dalmaticā
feretro superpositā demoniacus tetigit statū
q; saluatus est. **P**ost multum vero tempore
germano capuano episcopo cuius superius
memoriā feci medici pro corporis salute dic
tauerant: ut in angulanis thermis lauati de
buisset. **Q**ui ingressus easdem thermas pre
dictum pascasium diaconem statem et obsequē
tem in calozibus inuenit. **Q**uo viso rehemē
ter extimuit. et qd illic tātus vir facer; inq̄si
uit. **C**ui ille respōdit. **P**ro nulla alia causa in
hoc penali loco deputatus sū. nisi qz in p̄te
f. ij.

quadā iā rez spūaliū p̄mixtine trāfluēt. et
q̄ illi? mūdi sūt multa iā cernim? h̄ nec dū p̄
fecte cognoscim? qz quasi in q̄dam mētis cre
pusculo hec velut aī solē videm?.

¶ De.
Placz qd̄ dicis. S3 de tāto viro pascasio hoc
aīm ad q̄stionē mouet q̄ post mortē ad pena
lem locū duct? est. cui? feretri vestis tāgi potu
it a malign? spiritus ab obfesso hoīne fugaz
ri. **¶ Gre.** Hac in re magna debet oīpoten
tis dei dispensatio et q̄ fit multiplex agnoscā.
cui? iudicio actū est. vt isdem vir pascasius a
ip̄e intus ad aliquātū tēpis receperit q̄ pec
casset. a tñ aī huānos oculos mira p̄ corpus
suū post mortē facerz q̄ aī mortē eis qz cog
noscentibz pia opera feciss̄. ut neqz h̄ij q̄ bona
ei? viderāt de elemosinay illi? estimacōe falle
rētur. neqz ipsi sine vlōe laxaret? culpa quā
nec esse culpā credidit et idcirco h̄ac fletibus
nō extirrit. **¶ De.** Perpēdo que dicis. Verūp
tamē hac racōe c̄strict?. nō solū q̄ intelligo. h̄
ipsa etiā q̄ in me nō intelligo. cogor iā pecca
ta formidare. **¶ Sed** queso qz paulo supius
sermo de locis penalibz īferni v̄sabatur. vbi
nā esse īfernū putam?. sup h̄ac teriā an sub
terra esse credend? est?

Gre.

Hac de re temē **¶ Capitulum. xx.**
diffimire nihil audeo. Nonnulli nāqz in
f. iij.

quadā terraz pte infernū esse putauerūt: alij
vero hūc sub t̄ra esse estimāt. **S**z tñ hoc ainū
pulsat. qz si idcirco infernū dicim⁹ qz inferi⁹
iacet. qd̄ terra ad cælū est. hoc esse infernus
debet a terra. **Vñ** ⁊ fortasse p̄ psalmistā dz. li
teāsti aīam meā ex inferno inferiori. ut infer
nus superior t̄ra. infern⁹ vero inferior sub t̄ra eē
videat. **E**t iohānis vox in ea estimacōe cōcor
dat: qui cū signatū libz septē sigillis vidisse
se dicerz qz nemo inuētus est dignus neqz in
cælo. neqz in terra. neqz sub t̄ra aperite libz ⁊
soluē signacula eius: adiūxit. ⁊ ego flebā mē
tum. **Q**uē tñ postmodū librū. p̄ leonē de tri
bu iuda dicāt apiri. **I**n quo videlicz libro qd̄
aliud q̄ sacra scriptuā signat⁹ quā sol⁹ redēp
tor apuit. q̄ homo fact⁹ moriēdo. ⁊ resurgen
do. ascēdēdo. aucta misteria q̄ in ea fuerāt claus
sa patefecit. **E**t null⁹ in cælo. qz neqz angel⁹.
Nullus in t̄ra. qz neqz homo viuēs in corpe
Nullus sub terra dignus inuētus est. qz ne
qz aīe corpe exute. apire nobis p̄ter dñm sa
cri elo quñ secreta potuerūt. **C**ū ergo ad sol
uendū librū nullus sub terra inuētus dign⁹
dicatur. qd̄ obstat non video ut sub terra esse
infernus credatur. **¶ De.** **Q**ueso te
vnus esse gehēne ignis credēdus est. in quā
ta peccatorum diuersitas fuerit. tanta quoqz

existimāda sūt ⁊ ipsa incendia esse prepara-
ta. ¶ **Gre.** Unus q̄dem est gehēne ignis
sed non vnomō oēs crutiat peccōres Unuscu-
iusq; etenim quātū exigit culpa tantū illic sen-
cietur pena. Nā sicut in hoc mundo sub vno
sole multi cōsistūt. nec tñ eiusdē solis ardorē
eqliter sentiūt. qz alius pl? estuat. atz ali? mi-
n? ita illic ī vno igne nō vn? est mod? incen-
dij. qz qd hic diūsitās corpū. hoc illic agit di-
uersitas peccōz. ut ⁊ ignē nō dissimilē hēant.
⁊ tñ eosdē singulos dissimilē exurat. ¶ **Pe.**
Nunq̄d nam q̄so te. dicim? eos q̄ semel illic
missi fuerint semp arsueros? ¶ **Gre.** Cōstat
nimis ⁊ ināctāter rez est. qz sic finis nō est.
gaudio bonoz. ita finis nō erit tormēto ma-
loz. Nā cū veritas dicat. Ibūt hī in supplitiū
eternū. iusti aut in vitā eternā. qz rez est qd
p̄mittit. fallū p̄aldubio non erit qd minat?
est de? ¶ **Pe.** Quid si q̄s dicat idcirco peccā-
tibz eternā penā minat? ē. ut eos a peccōz p̄-
petrāōe opescerz. ¶ **Gre.** Si fallū ē qd mi-
nat? ē. vt ab ī iusticia corrigerz. etiā falsa est.
polliciat? vt ad iusticiā puocarz. S; si q̄s h̄ di-
cē vl isan? p̄sumat Et si minat? ē qd nō eāt ī
pletur? dū asserē eū misericordē volum? fallā-
tē qd dici nefas ē p̄dicāē opellim? ¶ **Pe.** Scie-
re vli. quō iustū sit ut culpa q̄ cū sic p̄petrata ē.

f.iiij.

fine fine puniatur. ¶ **Gre.** Hoc recte dice-
retur: si districtus iudex non corda hominum. sed fac-
ta pensaret. Et iniqui enim ideo cum fine delinunt.
quod cum fine vixerunt. Nam voluissent utique si po-
tuissent fine fine vivere. ut potuissent fine fine
peccare. Ostendunt enim quod in peccato semper vivere
cupiunt: quod nunquam desinunt peccare dum vivunt. Ad
magnam ergo iusticiam iudicantis pertinet ut nun-
quam careant supplicio. qui in hac vita nunquam vo-
luerunt carere peccato. ¶ **Pe.** Sed nul-
lus iustus crudelitate pascitur. et delinquens
seruus a iusto domino idcirco cedi precipitur ut a
nequitia corrigatur. Ad hoc ergo vapulat: ut
emendari debeat. Iniqui autem gehene ignibus
traditi si ad correctionem non perveniunt quod fine sper-
ardebunt. ¶ **Gre.** Omnipotens deus quod pius
est miserorum cruciatu non pascitur quod aut iustus
est. ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur: sed
iniqui omnes eterno supplicio deputati sua quod de iniqui-
tate puniuntur. et tamen ad aliquid ardebunt: sed ut
iusti omnes et in deo videant gaudia que percipiunt
et in illis respiciant supplicia que evaserunt: quatenus
tunc magis in eternum divine gratie debitores se esse
cognoscant: quanto in eternum mala puniri aspi-
ciunt. que eius adiutorio vicerunt. ¶ **Pe.**
Et ubi est quod sancti sunt si per inimicos suos quos
tunc ardere viderint non orabunt: quibus utique

Deum est. p
Omnis p m
fructus lam
et ipsa co
p mmas co
ut ut illis d
tunc a ref
tunc ad
de abita
p a demig
et no oet
nata que
vobis lo a
tatis: q n
mies p h
Qui de e
ho iam no
vatis su
quod vi
si mme o
abile de si
quod diste
unt quan
ipiam u
De qpe
a mheret
no non l

dictū est. p inimicis vestris orate. ¶ **Gre.**
Orant p inimicis suis eo tēpe q̄ possunt ad
fructuosam penitentiā eoz corda dūertere:
atq̄ ipsa cōuersione saluare. **Q**uid enī aliud
p inimicis orandū est. n̄ hoc qd̄ ait apostol⁹.
vt det illis deus peitentiā ad cognoscendā ve
ritatē: ⁊ resipiscāt a diaboli laq̄is a quo capti
tenētur ad ipsi⁹ voluntatē. **E**t quō pro illis
tūc orabitur. q̄ iā nullaten⁹ possūt ad iustitie
opa ab iniquitate dmutari. **E**ad itaqz causa est
cur nō oretur tūc p homib⁹ eterno igne dā
natis. que nūc etiā causa est. vt nō oretur. p
diabolo angelisqz eius eterno supplicō depu
tatis: q̄ nūc etiā causa est. ut non orent sc̄i ho
mies p hoibus infidelib⁹ impijsqz defūctis.
Qui de eis vtqz q̄s eterno deputatos suppli
tio iam nouerūt. añ illū iudicis iusti d̄spectū
oracōis sue meritū cassai refugiūt. **Q**d si nūc
quoqz viuētes iusti mortuis ⁊ dānatis iniustis
mīme d̄paciūtur. quādo adhuc aliqd̄ iudi
cabile de sua carne se ppeti etiā ipsi nouerūt
quōo districtius tunc iniquoz tormēta t̄spiti
unt. quando ab om̄i vicio corrupcōnis exuti.
ipsi iam iustitie vicini⁹ atqz artius inherēbūt.
Sic q̄ppe eoz mētes p hoc q̄ iustissimo iudi
ci inherēt. vis d̄strictionis absorbet. ut oīno
eis non libeat. quicq̄d ab illius iterne regule

subtilitate discordat. ¶ **De.** Nō est iā qđ
rñderi debeat apte racōni. S; hec nūc q̄stio
mentē mouet. quō aīa immōlis dicit: dū cō-
stet q; in ppetuo igne moriatur. Gre-

¶ capitulum. xxi.

Quia duob; modis vita d; duob; mo-
dis etiā mors deb; itelligi. Aliud est
nāq; q; in deū uiuim; aliđ uero qđ in hoc. q;
aditi uel creati sum; id ē aliđ est btē uiuē at;
aliud essentialit. Anima itaq; a mōlis esse in-
telligitur. a immōlis. Mortalis q̄ppe qz btē
uiuē amittit. immōlis aut qz eēncialit uiuē
nunq; desinet: a nature sue vitā pdē nō ualet
nec cū in ppetua fuerit morte dānata. Illic ei
posita btē eē. pdidit. a essentialit esse nō pdit.
Ex q; re semp cogitur. ut a mortē sine morte.
et defectū sine defectu. et finē sine fine patiat.
q̄tenus ei a mors immōlis fit. a defect; in de-
finitēs: a finis ifinit; ¶ **De.** Quis hāc tā in-
explicabilē dānacōnis sententiā cuiuslib; sit
opis. ad exitū ueniēs nō ptimescat. quādo a si
iam nouit qđ egit. adhuc tñ facta illi; q; sub-
tilitē iudicētur ignorat. ¶ **Gre.** Ut asseris
itā est. S; plerūq; de culpis minimis ipē solus
pauor egrediētes aīmas iustoy purgat. Si-
cut narrari de quodā sancto viro meū frequē-
ter audisti qz ad mortē ueniens rehementer

amuit. **S** post mortē discipul in stola alba
apparuit. a q̄ p̄clare sit suscept⁹ idicauit. **N**ō
nūq̄ vero oipotens deus trepidantiū mētes
Quibusdā pri⁹ reuelacōib⁹ roborat. ut in
morte mīme p̄timeſcāt. **N**ā q̄dā meū in mō
ſteio frat̄ antoniu⁹ noīe uiuebat. q̄ multis q̄
tidiamſq; lacrimis ad gaudia patrie æleſtis
anhelabat. **C**ūq; ſtudioſiſſime et cū magno
feruore deſiderij ſacra eloq̄a meditareſ. nō in
eis uerba ſciētie. ſ; fletū p̄pūctōis inq̄rebat. q̄
ten⁹ p̄ hec excitata mēs ei⁹ in ardēſcōr. a yma
deſerēs ad regionē æleſtis patrie. p̄ d̄teplaci
onē uolar. **H**uic p̄ nocturnā uisionē dictum
eſt. **P**aratus eſto et qz dñs iuſſit mi⁹. **C**ūq;
ille non habē ſūptus ad migrandū dicōr. re
ſponſū p̄tinus audiuit dicēs **S**i de peccatis
tuis agitur. dimiſſa ſunt. **Q**d dum ſemel au
diſſet et mi⁹no adhuc metu trepidar. nocte
q̄ alia in eiſdē eſt uerb⁹ admoit⁹. **C**um poſt
quiq; dies febre correptus cūctis fratrib⁹ flē
tib⁹ orantib⁹q; deſūctus eſt. **A**lius etiā frat̄
in eod mōſterio merulus dicebatur. uelēmē
ter lacrimis atq; elemoſinis intētus. pſalmo
dia uero ex ore illius pene nullo tempe ceſſa
re d̄ſueuerat: excepto cū aut alimentū corpi.
aut mēbra dediffet ſopōri **H**uic nocturna ui
ſione apparuit: quia ex albis florib⁹ corona

de celo in caput illius descēdebat. **Q**ui mox molestia corpis occupatus cū mag̃ securitate animi atq; hilaitate defunctus est. **A**d cuius sepulchrum dū petrus q̃ nūc mōsterio p̃est sibi sepulturā facere post ānos q̃tuordecī voluisset. tāta ut asserit de eodē sepulchro illius fragrantia suauitatis emanauit. ac si illic floy omnium fuissent odoramēta congregata. **E**x qua re manifeste patuit: q̃ rex fuerit qd̃ p nocturnā visionē vidit. **A**lius q̃z in eodē mōsterio **J**ohānes didit̃ est. magne idolis adolēscēs: q̃ etatē suā intellectu ⁊ huilitate dulcedine ⁊ grauitate trāsiebat. **H**uic egrotanti atq; ad extremū deducto p nocturnā visionē quidā senex apparuit. ⁊ hūc virga tetigit eiq; dixit. **S**urge **E**x hac enī molestia modo mīme morieris si parat̃ esto. qz longū tēpus hic factur̃ non eris. **Q**ui dū iam esset a medicis desperatus: repente sanatus est atq; dualuit. rein quā videat narrauit. seq; p bienniū in dei seruitio. sicut p̃dixi vltra etatis sue ānos exhibuit. **A**n te hoc aut̃ trienniū cū quidā frat̃ fuisset mortuus atq; in eiusdē mōsterij cymiterio a nobis sepultus. cūctis nob̃ ab eodem cymiterio exeuntibus isdē iohānes sicut postmodū palens ⁊ tremēs indicauit illie nobis discedentibus inuētus ab eodē fr̃e qui mortuus fuerat

de sepulchro vocatus est. Qd mox etiā subse
quēs finis edocuit. Nā post dies decem inua
sus febrībꝫ carne solutus est. ¶ Pe. Doceri
velim: si hoc qd p nocturnas visiones oñdit
debeat obseruari. ¶ Gre.

Capitulum. xxij.

Sciendū petre est: qz sex modis tāgūt
animū ymagines somnioꝝ. / Aliqñ
nāqz somnia vtrīs plenitudīe. / Vel ianitate
¶ Aliqñ vero illusioē. / Aliqñ cogitacōe siml
et illusioē. / Aliqñ reuelacōe. / Aliqñ aut co
gitacōe simul reuelacōe generātur. S; duo q̄
p̄ma diximꝫ. omīa experimēto cognoscimꝫ.
subiūcta aut quatuor in sacre scripture pagi
nis iuenimꝫ. Sōmia etenī nisi plerūqz ab oc
culis hoste p illusionē fierēt. nequaq̄ hoc v̄
sapiēs indicarꝫ dicēs. Multos enī errare fecē
rūt somnia et exidēēt sperātes ī illis. Vel cer
te non auguriabimini. nec obſuabitīs sōmia
Quibꝫ pfecto verbꝫ cuiꝫ sint detestacōis oñdi
tur q̄ augurijs diungūtur. Inurſū nisi aliqñ
ex cogitacōne simul et illusione pcederēt. vir
sapiens nūme dixiſſꝫ multas curas sequūtur
somnia. Et nisi aliqñ somnia ex misteio tue
lacōis occurrēt. ioseph pferēdū se fribꝫ sōmio
nō viderꝫ nec maie spōsū ut ablato puero in
egyptū fugerꝫ nisi p sōniū angelꝫ admonēt.

Inversū nisi aliquā somnia cogitacōne simul
et reuelacōe pcederēt. nequaquā daniel ppheta.
Nabuchodonosor visionē discerēs. a radi
ce cogitacōis inchoasq; dicens. Tu rex cogi
tare cepisti in stratu tuo qd esset futurū post
hec: et q̄ reuelat misteria ostendit tibi q̄ ven
tura sūt. Et paulo post. videbas et ecce quasi
statua vna grādis statua illa maḡ et statura
sublimis stabat cōtra te. et cetera. Daniel itaq;
qz dum somniū et implendū reuerēter insinu
at. et ex qua re ortū sit cogitacōe manifestat.
patēter ostēditur. qz hoc plerūqz cogitacōe
simul et reuelacōe generes. **S**z nimis cū som
nia tot rex q̄litatibz alternent. tūto eis credi
difficilius debet q̄to et ex q̄ ipullu veniāt faci
lius nō elucet. **S**c̄i aut̄ viri int̄ illusiones atqz
reuelacōes ip̄as visionū vocēs aut ymagies
quodā intimo sapore discernūt. vt sciant vel
quid a bono spiritu percipiāt vel quid ab illu
sione patiantur. Nam si erga hec mēs cauta
non fuerit. p̄ deceptorē sp̄m multis se vani
tatibus immergit. q̄ nōnunq̄ solet multa ve
ra predicere ut ad extremū valeat animū ex
vna aliqua vanitate laqueare. **S**icut cuidā
nostro nup̄ certū est contigisse: qui dum som
nia vehementer attēderet. ei per somniū lon
ga spatia huius vite p̄missa sūt. Cūqz multas

pecunias p̄ lōgioris vite stipēdijs colligisset
ita repēte defūct? ē. vt itactas oēs relinq̄r. et
ipse sc̄iū n̄l ex bono ope portar. ¶ De. Quis
ille sit memini. h̄ q̄sō te ea q̄ cepim? exeq̄mur.
¶ Putamusne aīabz aliq̄d p̄desse: si mortuoz
corpa in eccl̄ijs fuerint sepulta. ¶ Gre.

¶ capitulū. xxiiij.

Qum ḡuia peccata nō dep̄mūt. hoc p̄
dest mortuis si i eccl̄ijs sepeliātur. q̄
eoz p̄ximū q̄tiens ad ead̄ sacra loca ueniūt
suoꝝ q̄z sepulchra aspiciūt ēcordant? ⁊ p̄ ei?
dño p̄ces fundūt. Nā quos peccata ḡuia de
p̄mūt: nec ad absoluōem potius q̄ ad maio
rem dānacōis accumulū eoz corpa in eccl̄ijs po
nūtur. ¶ Quid melius oñdim? : si ea q̄ diebus
n̄ris gesta sūt breuīt nārem? Dir nāq; vite
ueneābilis felix portuens ep̄s i sabinēh̄ pui:
tia ortus atz enutrit? est. Qui quandā sc̄imo
nalē feīnam i loco eodē fuisse testatur. q̄ car
nis q̄dem cōtinentiā habuit. h̄ lingue p̄acita
tem atz stultiloq̄um nō declinauit. Hec igi?
defūcta: atz in eccl̄ia sepulta est. Nocte autē
ead̄ eiusdē eccl̄ie custos p̄ reuelacōm vidit. qz
deducta añ sacrū altare p̄ mediū secabatur. ⁊
pars vna illius igne cremabat. pars aut̄ al
tera itacta remanebat. Cūq; hoc surgēs maē
fratribz nārarz ⁊ locū vellet oñdere in q̄ fueat

igne & supra: ipsa flāme & bustior ita añ altae
in marmoribus apparuit. ac si illic eadē femina
corporeo fuisset igne & cremata. **E**x qua re ap-
te datur intelligi. qz hī quibus dimissa peccā nō
fuerint ad euitandū iudiciū sacris locis post
mortē non valēt adiuuari. **I**ohānes qz vir
magnificus in hac vrbe locū p̄fectoriū suās.
cui? veritatis atqz ḡuitatis sit nouim? q̄ mihi
testatus est. valerianū patriciū in c̄itate que
brixa dicitur fuisse defunctū. **C**ui eiusdē c̄ita-
tis ep̄s accepto p̄cio locū in ecclesia p̄buit. in
quo sepeliri debuisset. **Q**ui videlicet valerianus
vsq; ad etatē decrepitā leuis ac lubricus extitit.
modūq; suis prauitatibus ponē & tempfit. **E**a-
dē vero nocte qua sepultus est b̄tus faustinus
martir in cui? eccl̄a corp? illi? fuerat humanū
custodi suo apparuit dicens. **V**ade. et dic ep̄o
vt p̄iciat hinc fetentes carnes quas hic pos-
sedit. qz si nō fecerit die tricesimo ipse morietur.
Quā visionē custos ep̄o timuit & fiteri: & ruz-
sus amonitus declinauit. **D**ie aut tricesimo eius-
dem c̄itatis ep̄s cū vesperina hora san? atqz in-
columis ad lectū edisset. subita & iop̄iata mor-
te defunctus est. **A**d est qz in p̄senti venerabilis
frat̄ venantius lunensis ep̄s. & magnificus liberius
vir nobilissimus atqz veracissimus. q̄ se scire suos
qz hoīes infuisset testatur ei rei quā narrant

nup in genuēsi vrbe atigisse. Ibi nāq; vt dic-
ūt valentin? noīne mediolanēsis ecclie defen-
sor defūctus est. vir valde lubricus ⁊ cūctis le-
uitatib; occupat? : cui? corpus in ecclia beati
martiris syri sepultū est. Nocte autē media in
eadē ecclia facte sūt vocēs. ac si q̄s violent exi-
re pellētur at; traheret? foras. Ad quas ni-
miz vocēs currerūt custodes. ⁊ viderūt du-
os quosdā tētrimos spūs. q̄ eiusdē valentini
pedes q̄dā ligatura strinxerāt: et eū ab ecclia
clamātē ac niniū vociferantē fores trahebāt
Qui videlic; exēriti. ad sua strata reuerfi sūt.
Mane autē facto. aperiētēs sepulch; in q̄ is-
dē valētinus positus fuerat. ei? corp? nō inue-
nerūt. Cūq; extra eccliam q̄rerent vbi pietū
ess; inuenerūt hoc in sepulchro alio positū li-
gatis adhuc pedib; sic de ecclia fueāt abstrac-
tū. Ex q̄ re petre collige. qz hij q̄s peccā gūia
deprimūt. si in sacro loco sepeliri se fatiāt. re-
stat vt etiā de sua p̄sumpōne iudicētur. qua-
tenus eos sacra loca non liberēt. sed etiā cul-
pa temeritatis accusēt. **N**ā quid qz in hac
vrbe atigerit cūctoꝝ q̄ hic habitāt multitudo
testatur. qz q̄dam artis eoz prim? cū defūct?
fuiſſ; in ecclia beati ianuarij mātriv? iuxta por-
tam sancti laurencij a coniuge sua sepultus
est. Sequenti autē nocte. ex sepultura eadem

audiēte custode. eius spūs cepit clamaē. **Ac**
deo: ardeo. **Cum** vero has diu vōes emitterz
custos hoc ei? nūtiavit vxori. **Vxor** vero illi?
eos q̄ diligēter inspicerēt artis eiusdē viros
trāsmisit ad ecclesiā volens cognoscere q̄liter
eius essz corpz? in sepulchro. de q̄ talia clama
ret. **Qui** apientes sepulchz? vestimēta q̄dem
in tacta reperierūt. que nūc vsqz in eadē ecclīa
p̄ eiusdē cause testimonio seruātur. corpz? v?
ro illi? d̄mino nō inuenerūt. ac si in sepulchro
eodē positū non fuissz. **Ex** q̄ re colligendū est
q̄ vlōe aīa ei? dānata sit. cui? a caro est ab ec
clesia piecta **Quit** igz sac̄ loca sepultis p̄sūt
qn̄ hij q̄ indigni sūt ab eisdē sacris locis d̄mi
tus pitūtur. **¶ De.** Quidnā ergo eē potest
qd̄ mortuoz? valeat aīabus p̄desse. **¶ Gre.**

Sculpe post mortē inso **¶ ca. xxiiij.**
lubiles nō sūt. multū solet aīas etiā p?
mortē sac̄ oblaō hostie salutaris adiuuare.
ita vt hoc nōnunq̄ ipē defūctoz? aīe videātur
expetere. **¶ Mā** p̄dict? felix ep̄s. a q̄dā vnera
bil? vite p̄sbitero q̄ vsz aī biēniū vixit a ī dio
cesī cētūcellēsi vr̄b̄ hītauit: atz ecclīe bti iohā
nis que in loco q̄ tauriana dicitur sita est pre
erat cognouisse se asserit qz isdē presbit̄ in eo
dem loco in quo aque calide vapores nimios
fatiūt quotiēs necitā? corpis? exigebat lauari

consueueat. **U**bi dū die q̄dā fuiss̄ ingressus iue
nit quēdā incōgnitū vix ad suū obsequiū p̄
paratū q̄ sibi de pedibus caltiānta abstraherz
vestimēta suscipēt. exēti e calozibus sabana p̄
berz atz oē misteriiū cū m̄gno famulatu page
ret. **C**ūqz hoc sepius fierz: isdē p̄sbit die q̄dā
ad balnea itur? · intra semetipsū cogitās dix̄
it. **V**iro illi q̄ m̄ solet tā deuotissime ad lauan
dū obseq̄ inḡtus apparē nō deuo·h̄ aliq̄d me
necesse est ei p̄ munē portare **T**ūc duas secū
oblacionū coronas detulit **Q**ui mox ut pue
nit ad locū hōiem inuenit. atqz ex more eius
obseq̄o in oibus vsus est. **L**auit itaqz. ⁊ cū iā
restitus voluiss̄ egredi. hoc qd̄ secū detulerat
obsequētī sibi viro p̄ b̄ndictōe obtulit petēs
vt benigne susciperz. qd̄ ei grā caritatis offer
ret. **C**ui ille merēs afflict? qz respōdit. **M**ihi
ista quare das pat̄? **I**ste p̄sbit? est. ego
hūc māducare nō possū. **M**e etenī quē vides
aliquū locū hui? d̄ns fui. h̄ p̄ culpis meis hic
post mortē deputatus sū. **S**i aut̄ mihi p̄stare
vis oīpotenti deo p̄ me offer hūc panē ut p̄
peccatis meis inuenias. ⁊ tūc exauditū te eē
cognosce. cū hic ad lauandū veneris. ⁊ me mi
nime inuenieris. **I**n q̄bus verbis disparuit ⁊
is qui esse homo videbatur. euanesceō inno
tuit. qz spiritus fuit. **I**dem vero presbiter

ebdomada continua se p eo in lacrimis afflixit
salutare hostiam quod die obtulit: Et reuersus
post ad balneum. eum iam mune inueit. Qua ex
re quantum proficit aiaibus imolacio sacre obla-
cionis onditur. quoniam hanc et ipsi mortuorum spiritus a
uiuenticibus petunt et signa indicant quibus per eam ab-
soluti uideantur. ¶ Sed neque hoc filium existimo
quod actum in meo monasterio ante hoc triennium re-
miniscor. Quidam namque moechus iustus nomine me-
dicina arte fuerat inbutus. qui mihi in eodem mo-
nasterio constituto sedule obsequi: atque in assiduis
egritudinibus meis exubare consueuerat. Hic ita
que languore corporis preuentus ad extremum de-
ductus est. Cui in ipsa sua molestia fratrem germa-
num nomine copiosum huiusmodi. Qui ipse quoque nunc in
hac urbe per eandem medicinam artem temporalem vite
stipendia sectatur. Sed predictus iustus cum iam se ad
extremum peruenisse cognouisset eundem copioso fra-
tre suo quod occultos tres aureos haberet immo-
tuit. Quod nimis fratribus non potuit celari: sed
subtiliter indagantes atque illi omnia medicamenta per-
scrutantes: eosdem tres aureos inueniunt in me-
dicamine absconditos. Quod mox ut in nuntiatum est
tantum malum de fratre qui nobiscum commuiter uixerat.
equanimiter ferre non ualui et quippe quod eiusdem nostri
monasterij semper regula fuerat ut cuncti fratres ita
commuiter uiuerent: quatenus eis singulis nulla

habere p...
agere...
fratre...
dico...
m...
cu...
ce...
co...
cat...
tato...
p...
a...
fuit...
sed...
p...
re...
na...
t...
de...
n...
na...
m...
h...
f...
u...
g...

habere propria liceret. Tunc nimio mero est percussus
cogitare cepi. vel quod ad purgationem morientis
facere. vel quod in exemplo viuentibus fratribus pui-
dere. Precioso igitur eiusdem monasterii proposito ad
me ascito dixi. Vade et nullus ex fratribus. se ad
eum morientem iungat. nec sermonem consolationis
ex cuiuslibet eorum ore percipiat. Sed cum in morte
constitutus frater quiescit. ei suus frater carnalis di-
cat. quod per solidis quibus occulte habuit. a cunctis fra-
tribus ab hominatus sit. ut saltem in morte de cul-
pa sua mentem illius amaritudo transuerberet. atque
a peccato quod perpetravit purget. Cum vero mortuus
fuerit. corpus illius cum frum corporibus non ponatur.
sed quilibet fossam in sterquilino faciat in eam cor-
pus eius picate: ibique super eum tres aureos quibus
reliquit iactate simul omnes clamantes. Pecunia
tua teal sit in perditione: et sic eum terra operite. In quibus
vtrisque rebus vnam morienti. alteram vero vo-
luntati viuentibus fratribus perdesse: ut et illum amaritu-
do mortis a culpa solubile faceret: et istos auaritie
tanta danna commiseri in culpa perhiberet. Quod
ita factum est. Nam cum isdem monachus peruenisset ad
mortem atque anxie se quereret fratribus commedare. nul-
lusque ei applicari et loqui dignaretur. ei carnalis
frater cur ab omnibus esset ab hominatus. indica-
uit. Qui per totum de reatu suo vehementer in-
gemit. atque in ipsa tristitia e corpore exiit.

t. iij.

Qui ita est sepultus vt dixērā: **S**z frēs ōnes
eadē ei? sentētia pturbati: cēperūt singuli ex
trema q̄q; et vilia. et que eis hēre singularit̄
semp licuerat ad mediū p̄ferre. vehemēter q;̄
formidare: neq̄d apud se esset vñ rephendi
potuissent. **C**ū vero post mortē eius triginta
iā essent dies euoluti. cēpit aīm? meus defūc
to fratri cōpati eiusq; cū dolore ḡui supplitia
pensare ⁊ si qd̄ es; erep̄cōis ei? remediū que
rere. **T**ūc euocato ad me eod̄ p̄cioso mōsterij
n̄ri p̄posito: tristis dixi. **D**iu est q; frater ille q̄
defūctus est in igne cruciat̄. debem? ei aliq̄d
caritatis imp̄dere. ⁊ eū inq̄tum possum? vt
eripiatur adiuuare. **V**ade itaq; ⁊ ab hodie
na die. diebus triginta cōtinuis offerre p̄ eo
sacrificiū stude. ut null? ōmino p̄termittat̄ di
es. quo p̄ absoluōne illius. salutaris hostia
non imoletur. **Q**ui p̄tin? abcessit. et paruit.
Nobis autē alia curātib; at; euolutos die
es non numerātib; isdem frat̄ qui defunct?
fuerat. nocte quadā fratri suo germano copi
oso per visionem apparuit. **Q**uem ille cum
vidisset inq̄siuit dicens. **Q**uid est frat̄? **Q**uo
modo es? **C**ui ille respondit. **N**unc vsq; ma
le fui. sed modo bene sum. quia hodie cōmuni
onem rēpi. **Q**d̄ isdē copiosus p̄gens p̄tin?
indicauit in mōsterio fratrib; . **F**ratres vero

sollicite computauerūt dies. et ipse dies extitit q̄
p̄ eo tricesima oblatō fuerat impleta. Cūq; et
copiosus nesciret. q̄d p̄ eo frēs agerēt et frēs
ignorassent. q̄d de illo copiosus vidisset vno
eodēq; tempe dū cognoscāt ille isti q̄d egerāt
atq; isti cognoscūt ille q̄d viderat: cōcordanti
simul visione et sacrificio res apte claruit: qz
fiat q̄ defūctus fuerat. p̄ salutarē hostiā sup-
pliciu euasit. ¶ **De.** Mira sunt valde q̄ au-
dio: et nō mediocriter leta. ¶ **Gre.** Ne nob̄
in dubiū veniant verba mortuorū. cōfirmant
hec facta viuenciū. **Nā** vir vite vneābilis
cassianus narnēsis ep̄s q̄ quotidianū deo sacrificiū
offerre consueuerat. seq; in lacrimis int̄ ipsa sa-
crificiorū archana mactabat mandatu dñi p̄
cuiusdam sui visionē p̄sbiteri suscepit dicen⁹
Opare qd̄ operaris nō cess; pes tu? nō cess;
man⁹ tua natale apostolorū venies ad me. et
retribuō tibi mercedē tuā. **Q**ui post ānos sep-
tem ipso natalicio apostolorū die cū missarū
solēnia peregiss; et misteria sacre cōmunionis
accepiss;. e corpore exiuit. **H**oc q; qd̄ audiui-
mus quendā apud hostes in captiuitate po-
sitū et in vinculis religatū fuisse p̄ quo sua cō-
iunx diebus certis sacrificiū offerre cōsueue-
rat. **Q**ui post longo tempe ad coniugem re-
uersus. q̄bus diebus eius vincula soluerent̄.

t.iiiij.

innotuit eiusq; dūq; illos fuisse dies q̄bus p
eo offerebat sacrificiū r̄cognouit. **E**t ex alia
nob̄ re q̄ añ annos septē gesta est. certissime
cōfirmat. **A**gatho etenī panhoormitan? ep̄s
sicut fideles m̄ ac religiosi viri mlti testati sūt
atq; testatur aī. **B**tē memorie decessois mei tē
pore iussus es̄. ut romā venir̄. vim nimie tē-
pestatis ptulit. ita ut se ex tāto vnday piculo
eyadē posse diffider̄. **N**auta vero illi? varata
noie q̄ nūc eiusdē ecclie clericat? officō fungit?
Post nauē carabū regebat rupto fune aī eo-
dē carabo quē regebat. in vnday cumulos re-
pente disparuit. **N**auis aut̄ cui ep̄s p̄erat: tā-
dē post multa picula ad hosticā īsulā fluctibz
quassata puenit. **C**ūq; die tercō ep̄s nautā q̄
ab eo arrept? in carabo fueat in nulla maris
pte videret apparē. vehementē afflict? mortuū
credidit. **S**z p̄ obsequiū caritatis vnū qd̄ mor-
tuo debebat imp̄dit. ut om̄ipotēti deo p̄ abso-
lucōe eius aīe offerri sacrificiū victime saluta-
ris iuber̄. **Q**uo oblato: r̄staurata nauis p̄rex-
it ad italiā **C**ūq; ad romanū portū veniss̄ il-
lic nautā reperit. quē mortuū putabat. **T**ūc
inopiata exultacōe gauisus ē: eūq; qlit̄ tot di-
ebz in illo tāto maris piculo viuē potuiss̄ in-
q̄sui. vicz̄ idicauit. q̄tiens ī illis tēpestatibz
aī eod̄ quē r̄gebat fuiss̄ carabo versat? qliter

cū illo vndis pleno nataueāt. ⁊ quotiēs eo a
supioxi pte deorsū verso ipē carine ei? supse-
bat: aduūgēs cū diebꝫ ac noctibꝫ hoc iāssan-
ter facerz. iāqꝫ ei? virt? fūditus ex fame simul
⁊ laboē cecidissꝫ q̄ eū ordine misericordia dīna
suauēit. **I**ndicauit eteī qđ etiā nūcꝫ testā-
tur dicēs. **L**aborās in fluctibꝫ atꝫ defitiēs subi-
to mētis pōdē sū gūatus ita vt neqꝫ dep̄ssus
sōno eēm neqꝫ vigilaē me crederē. **C**ū ecce in
eodē medio mari me posito qđam apparuit:
q̄ mihi panē ad refectōnē detulit. quē moꝫ ut
comedi: vires tēpi. **N**ā lōge post nauis trā-
fiens affuit. q̄ me ab illo vnday piculo susce-
pit: atꝫ ad terrā deduxit. **Q**đ scꝫ ep̄s audiēs
req̄siuit diē. atꝫ illū fuisse diē reperit. quo p̄
eo p̄sbiter in hostia insula ōnipotentī dño
hostiā sacre oblacōis imolauit. **¶** **P**e. Ea
que narras. ipse qꝫ in Sicilia positus agno-
ui. **¶** **G**re. **I**dcirco credo qz hoc tam
apte cū viuentibꝫ ac nesciētibus agit? vt cūc-
tis hec agentibꝫ atꝫ scīētibus ostēdatur: qz
si insolubiles culpe nō fuerint. ad absolucōem
p̄desse etiā mortuis? victia sacre oblacōis pos-
sit. **¶** **S**ed sciendū est qui a illis sacre victime
mortuis p̄sunt. qui hic viuendo obtinuerint
ut eos etiā post mortē bona adiuuēt. que hic
p̄ ip̄s ab alijs fiūt. **I**ntē hec autē p̄sandū est

75

q̄ tutior via sit. ut bonū qđ q̄sq; p̄ mortē suā
sperat agi p̄ alios. agat dū viuit ip̄e p̄ se Be
ati? q̄ppe ē libez exire q̄ pt? vincula libertatē q̄
rere. **D**ebem? itaq; p̄sens seculū vel qz iā cōspi
cim? defluxisse tota mēte cōtēnē. q̄tidiana deo
lacrimaz sacrificia q̄tidianas carnis ei? a sag
uinis hostias imolare. **H**ec nāq; singularit̄
victima ab int̄no interitū aiām saluat: q̄ illā
nob̄ mortē v̄migeit̄i p̄ misterīū reparat. q̄ licz
surgēs a mortuis iā nō mox̄it̄ a mors ei vltia
nō dñabitur tñ in se ip̄e imōd̄liter atq; incor
ruptibilit̄ viuēs p̄ nob̄ iterū in hoc misterio
sacre oblacōnis imolatur. **E**ius q̄ppe ibi cor
pus sumitur. eius caro ī populi salute p̄titur.
eius sanguis nō iā in man? infidelū sed ī ora
fidelū fūd̄itur. **H**inc ergo pensē? q̄le sit p̄
nob̄ hoc sacrificiū: qđ p̄ absoluōe nrā passi
onē v̄migeit̄i filij semp̄ imitat̄. **Q**uis enī fide
liū hēre dubiū possit. in ipsa imolacōis hora
ad sac̄dotis vocē celos aperiri: in illo ibu xp̄i
mysterio angeloz choros adesse. sūmis yma
sociari terrā celestibz iungi vnū qđ ex visibi
libus atq; inuisibilibz fieri. **S**z necesse est. vt
cū hec agim? . nosmetipsos deo in cordis cō
triciōne mactem?: qz qui passionis dñicē mis
teria celebram?. debemus imitari qđ agim?.
Tunc ergo vere p̄ nobis deus hostia erit cū

nosiplos hostiā fecerit. **S**z studendū nob̄ est
vt etiā post oracōis tpa inq̄itum deo largiēz
te possum? in ipso aīnū suo p̄dere a vigore
seruem? ne post cogitacio fluxa dissoluat ne
vana mētī leticia subrepat. ne lucrū op̄ucti
onis aīma p̄ incuriā fluxe cogitacōnis p̄dat.
Sic q̄ppe qd̄ poposc̄erat āna obtinē meruit:
qz se post lacrimas ī eodē mentis vigore ser
uauit. De qua nimiz scriptū est **V**ultusqz ei
non sūt āplius in diuersa mutati. Quia igz
non est oblita qz pecc̄it. nō est priuata munē
qd̄ poposc̄at. **S**ed inē hec sciendū est. qz ille
recte sui delicti remiā postulat qui prius hoc
qd̄ in ipso delinq̄tur relaxat. Mun? enī non
accipitur. nisi añ discordia ab aīmo pellatur
dicente veritate. **S**i offers munus tuū ad alta
re. et recordatus facis qz habet aliqd̄ adūsū
te frat̄ tuus. relinq̄ ibi mun? tuū añ altare et
vade prius recōsiliai fratri tuo. et tunc veniēs
offerēs munus tuū. **Q**ua in re pensandū est
cum om̄is culpa munē soluatur. q̄ grauis est
culpa discordie p̄ qua nec mun? accipit. **D**e
bemus itaqz ad primū q̄uis longe positum.
longeqz disūctū mente ire. eiqz aīnū subdē:
huilitate illū ac beniuolētia placare: et scz cō
ditor nē dum tale placitū nrē mētis aspercit

76

a peccato nos soluit. qz munus pro culpa sumit. Veritatis autē vocē attestante didicim⁹ quia huus q̄ decem milia talenta debebat. cū penitentiā ageret. absolucōnem debiti a dño accepit: sed qz conseruo suo centū sibi denarios debenti debitum non dimisit. ⁊ hoc est. iustus exigi. qđ ei fuerat iam dimissum. Ex quibus videlicet dictis constat qz si hoc qđ in nos delinq̄tur ex corde nō dimittim⁹: ⁊ aliud rursus exigitur. qđ nobis iam per penitentiam dimissum fuisse gaudebam⁹. ¶ Igitur dum per indulti temporis spatium licet dum iudex sustinet. dum ouersionem nostram is qui culpas examinat expectat: conflem⁹ in lacrimis duritiā mentis formem⁹ in proximis gratiam benignitatis. Et fidenter dico quia salutari hostia post mortem non indigebim⁹ si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus.:

ExPLICIT liber quart⁹ dyalogorū gregoriij.
per me Bartholomeū de vncel. aē.



47

Ordnung

